BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 52r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



dauid ualde et indicauit ei dicens. Querit
pater meus occidere te. qua propter obserua
te queso mane et manebis clam et abscon
deris. Ego autem ingrediens stabo iuxta
patrem meum et loquar ad illum de te. Et quod
cumque audiero nunciabo tibi. Tu. Re. ij.

Locutus est autem ionathas de dauid bo
na ad saul patrem suum. Dixitque ad eum.
Ne pecces rex in seruum tuum dd. quia non pec
cauit tibi. et opera eius bona sunt ualde. et po
suit animam suam in manu sua et percussit phy
listeum. et fecit dominus salutem magnam per eum
uniuerso israeli. uidisti et letatus es. Tu. Quod
cum audisset saul. placatus uoce ionathe iu
rauit. Viuit dominus quia non occidetur. Vocauit
itaque ionathas dd. et indicauit ei omnia
uerba hec. Et introduxit ionathas dd. ad
saul. et fuit ante eum sicut heri et nudius
tertius. Motum est rursum bellum. et egressus est
dd. contra phylisteos. percussitque eos plaga
magna. et fugierunt a facie eius. Tu. Et factus
est spiritus domini malus in saul. Sedebat autem in
domo sua. et tenebat lanceam. Porro dd.